Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



qui propt̄ iusticiam persecuntur electos. quia eos cruciatus exspectat eternus.
Non confundantur electi quib; pro breuibus tribulationibus gaudiū eternum.
pariter celorum tribuitur & regnum. Hinc & petrus ait. Si quid patimini
propt̄ iusticiā. beati eritis. Non solum inquid nil nocet uobis qui bonū facien
tibus mala irrogat. s; etiam cum uos propt̄ bona que execratur hostis inse
quitur: causam uobis maioris beatitudinis prestat. cum patientie uestre iu
res exercet. Ipse iterum dicit. Melius est enim bene facientes si uelit uolun
tas dei pati. quam male facientes. Hec sententia illorum monachorum stul
ticiam arguit. qui cum proculpis arguuntur a fratribus uel etiam excom
municantur: patienter tolerant. Si uero sine culpa uel uerborum contu
melias. uel aduersa queq; paciuntur a prepositis. mox ad iracundiam prorū
punt. & qui antea uidebantur innoxii. p̄ in patientiam & murmurationis
audatiam. culpabiles se reddunt & noxios. Et michi si daretur optio. mallē
sine culpa. quam culpa subiacere uerberibus uel excommunicationibus. Qui
enim iustus & sine culpa patitur: xpistum imitatur: Qui uero in flagellis cor
rigitur: latronem illum imitatur qui in cruce xp̄m cognouit. & post crucē
paradysum cum xpisto intrauit. Qui uero nec inter flagella desistit a culpis.
sinistrum imitatur latronem. qui propter peccata in crucem ascendit. et
post crucem in tartarum ruit. Dixit sancta sincletice: Quamuis concidatur
corpus infirmitatibus. & ualidis inflammetur febribus. non deficias in pressu
ris. s; magis gaudebis. quia uisitauit te dominus & dices. Castigans castigauit
me dominus. & morti non tradidit me: Si ferrum es. spera tibi adhibiturum
ignem. Aurum es. s; per ignem probatior eris. Quod si iustus es & hec pateris.
de magnis ad maiora p̄moueris. Interrogauit quidam frater senem dicens. Dic
michi unam rem quam custodiam. & uiuam per eam. Et dixit ei senex. Si potu
eris contumeliam pati & sustinere: magnum est hoc & super omnes uirtu
tes. Qui contemptum & iniuriam. & dampnum patienter fert. potest saluus ēē.

De eo qd̄ xp̄c p̄ dilectione nr̄a tradidit semet ipsū. .Lxx i.

SICVT ENIM AIT PAVLVS APOSTOLVS.
Gratia uobis & pax a deo patre. & domino ihū xpisto. qui dedit
semetipsum pro nobis. In tantum enim xpistus dilexit nostrā uitā.
ut pro illa suam poneret animam. Dedit enim semetipsum dominus ihs
xpistus morti. ut nos a periculo mortis eriperet. & ereptos patri in filios
adoptaret. Mortuus est namq; ne nos mori timeremus. Resurrexit. ut &
nos per eum resurgere ualeamus. Eripuit de presenti seculo nequam. ut
nobis gloriam pariter & uitam donaret eternam. Nos enim filius dī eri